



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Ioannis Bvgenhagii Pomerani Annotationes ab ipso iam  
emissæ. In Deuteronomium**

**Bugenhagen, Johannes**

**Basileae**

**VD16 B 9247**

Argvmentvm Historiae Regvm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36133**

## ARGVMNTVM

181

Septimū. Incredulitas appareat in falso cultu dei & liberi arbitrij uirtutibus & consilijs humanis, sicut in Achas & Saule & in consilio faciendi regis & instituend.e reipub. quæ laudarentur ab homine.

Octauū. Discrimen regni corporalis, quod in extensis tantū rebus est, & regni spiritualis quod in conscientijs hominum est. Illud deus administravit per homines, hoc per Christum solū, & illud in hoc respiciebat & ad hoc seruabatur. Illud quām infeliciter sēpe sine deo gubernatum sit, historiæ testes sunt, ut uideas quām impia sint omnia in conscientiæ regimine si nō illuc dei uerbum regnet.

## ARGUMENTVM HISTO RIAE REGVM.

Post Israëlitici populi iudices quorum ultimus Sanson legitur, occasio regy nominis & regni in libri regū exordio statim describitur, nempe q. filij Eli sacerdotes impie agebant, nec minus impie post iudicabant populum filij Samuelis, Ad sacerdotes enim post iudices ex ea historia uidetur peruenisse iudicaria potestas, Vnde coacti, tamen impie, petunt regem more gentium, Verum ne tam ardua res tentaretur in illo populo sine dei uerbo deus ipse iu&bit inungi Saum, quo reprobato confirmatum est regnum Dauidis

M 3

¶ semini eius in æternū, Sceptrum hic in Iuda & dux ex Iudea fœmore mansit usq; in Christum regem æternū. Hinc illud semen regium Dauidis deus perire noluit ne in tam insignibus quidem sepe regum impietatis, ne in Babylonica quidem captiuitate, id quod finis quarti libri indicat. Quod uero regnum decem tribuum ab isto Dauidis regno post mortem Salomonis descivit perpetua impietate laborauit quoad è terris sublatum est.

Samuelem propterea puto ab Hebreis primos duos libros appellatos, q; Samuel Iudex in Israël qui principatum quasi per manus traditur erat filius suis, iussu dei imunxerit & potestatem suam tradiderit duobus regibus primis in Israel Sauli & Dauidi, quorum uita & regimen his duobus libris continetur, sed alterius regnum abiectum est, alterius confirmatum in æternum. Tertium uero librum & quartum propriæ regum uocant, q; in ipsis regnum propter peccatum Salomonis diuisum describatur, et seorsum reges Iuda & reges Israel. Nos uulgo quatuor libros regum dicimus, q; in his reges populi in Israël describantur usq; ad Babyloniam capiuitatem.